


Zur
Gräfl. vom Hagen'schen

Majorats - Bibliothek



MÖCKERN

gehörig.

N^o 2328

Handwritten: auf Ja 2400

Handwritten: = 00 000
00 000



IOANNIS HARTMANI
FRANCI

Horarum succisivarum

DIS T I C H A
ANAGRAMMATICA

Novo planè modo

TORNATA

Ac

Genij ductu & indultu Poetici

ADORNATA

*Pro aliquammultis unice dilectis ac
electis Fautoribus & Amicis.*

Invidiae Fascinum.

Invidia inideas, videasq; sat invida visu:
Infelix, cui non invidet INVIDIA.



I E N A E

Ex Chalcographéo Lithandreano

Anno MEDICINÆ.

*Suo P. M. J. A. Weitzio mittij
autor*



*Quadriga Iuvenum venustæ
Literis ac moribus onustæ.*

IOANNI CÆSARI VVir-
tembergico

IOANNI HIRSCHIO

IOANNI RAVCHBARO

LAURENTIO THEOD.

GAMPERTO Francis.

*Bonarum artium & partium Studiosis
IENÆ*

Amicis ac conterraneis meis suavissimis

Hoc Anagrammatismorum

Involucrum primum

Animo infucato & defecato

Do, Dico, Dedicoque.

*M. Ioannes Hartmanus Poeta
L. Cæsarius.*



Distichon Anagrammaticum.

Super obitum Principis & in cœlos abitum.

FRIEDERICVS GVLIELMVS DVX SA-
XONIAE, LANTGRAVIVS TVRIN-
GIAE ET MARCHIO
MISNIAE.

L Ex cura mihi dia fuit, Grex gaudia summa:
Nunc satius verâ in Relligione mori est.

Super eundem cui annexum Symbolon.

FRIDERICVS VVILHELMVS DVX SA-
XONIAE ET LANTGRAVIVS TVRIN-
GIAE: MARCHIO MISNIAE ET
PRINCEPS HENNAE-
BERGIAE.

P Erpetuis dixi in curis: Tua gratia magna:
Ab Serva in Verbo me Deus alme tuo.
Exin HERVS; nunc Lege ferali CINIS.

Pro felici Rectoratus auspicio votum.

GEORGIVS MYLIVS THEOLOGIAE D.
PROFESSOR PASTOR AC RECTOR
ELECTVS IENAE.

E T TEMPLI claves, & fasces porto Lycæi:
Ob! rores Nardi suggere IOVA, rogo.

A 2

ÆGI.

AEGIDIUS HVNNIVS SACRAE
Theologiae Professor ac Superinten-
dens VVitembergicus.

Ingeniosè urget, mi Christe benigne, Suitas :
Porro Aula ó Deus hunc fac superare diu.
Pro fausto ex acidulis reditu Eu-
charisticum.

NICOLAUS REVSNER SILESIUS
Magnus Iurium Doctor atque Cæsarii
Palatij Comes.

Salvus & incolumis redeo : sit gratia IESV ;
Corporis ac animi cura salusqne mei.

In Symbolum

Φέρε καὶ Φέρε.

NICOLAUS REVSNERVS IVRIVM
Doctor Florentissimæque Academiae
Salanae Professor.

Ecce animoso animo sudo ! aspra FER atq, FE-
RERIS.
Res nimum suavis nulla dolore
caret.

NICOLAUS REVSNERVS LEO-
rinus Iurium Doctor Comes Pa-
latij Cæsarii & Pro-
fessor.

Clarus, & Laureis sis clarior, aia, coronis
Dum cap Vt(en!)o Rnas more tuo Ipse VIRIS.
NICO

NICOLAUS REVSNERVS IVRIVM
Doct̃or, Palati Cæsarei Comes atque
Professor publicus.

L Aus tibi vir castâ circumdans tempora LAVRO;
O si hîc plus possem! voce referre queo.

*Pro felici Magistratus Acade-
mici auspicio.*

NICOLAUS REVSNERVS D. COMES
Palati Cæsarij Academiæque Rector &
Professor publicus.

V Ir præclare, Scholæ curâ fer Epomida onustam;
Sic citò, sicq; bonâ laude superstes eris.

Valedictorium.

NICOLAUS REVSNERVS IVRIVM
D. Comes Cæsareo-Palati atque Pro-
fessor Ienensis.

I N cælis mea spes: terræ valedico ruinâ:
Corpore sum fessus: Quin ita sanus ero!

Epitaphium.

PAVLVS MELISSVS SCHEDIVS SACRI
Palatij Comes & Eques Auratus, Poeta
Laureatus & C. Ro-
manus.

P lus valet hic Musis, quem MORTA severa tru-
cidas.

Causa est, ne Hic superet, suavis Apollo,

T V A S.

A 3

C. Onus

Conspicia Nuptialis.

BARTHOLOMAEVS REVSNERVS IVRIS
VTRIVSQUE DOCTOR AC DORO-
THEA CANGERIA NEOGA-
MICI.

O *Byrerum ingentes curas, variosq; dolores
Hac mihi nocte viro, casta ea, virgo datur.
De Puris Iambis.*

SEBASTIANVS HORNEMOLDVS TY-
BINGENSIS IVRIS DOCTOR ET
POETA LAVRV-CORO-
NATVS.

O *BPVROS IAMBOS laudatur Io! vnicus
HIC tot:
Ingentes dotes sunt resonare Lyrâ.*

Cenotaphium.

FRIEDERICVS RENGERS ROTEMBUR-
GO-TYBERANO-FRANCVS SOPHIAE
AC IVRIS VTRIVSQUE
DOCTOR.

N *Vnc FRVGI ergo! VIRVM ô furiosè Parca
trucidat?
Res! Honor atq; decus vrbis & orbis erat.*

Epidicticum.

ANDREAS LIBAVIVS ACVTVS PHILO-
sophus Medicus atque Poeta Laureatus
Cæsarius.

E *T Sophus & Rhetor plus quàm laudaris ubivis:
Voce asâ cantus dulcia, suavia Epe.*

Pro

Pro Reſtoratus administratione & xñ.

IACOBVS FLACHIVS MEDICVS D.
Professor Ienensis publicus ac Rector
designatus.

O Deus Imperij ſac noſtris ſaciſſibus adſis!
Hos curo, ne culpa (ecce) detur LEGIBVS.

ZACHARIAS BRENDELIVS PHILOSO-
PHIAE ET MEDICINAE DOCTOR
Ienensis ad Salam.

Delius, Aonides, Charites, Sophie, Sais alma
Hoc in habent uno: Sic, ni geris, plura ad-
derem.

*De recens nato & renato
filiolo.*

ZACHARIAS BRENDELIVS SENIOR
MEDICINAE DOCTOR ATQVE
Professor publicus
Genæ.

Cordibus innatas en! (cernis?) defero grateis;
Quod me ſic pulcrâ prole, IEHOVA, beas.

ELIAS REVSNERVS LEORINVS MEDI-
CINAE LICENCIATVS HISTO-
riarum ac Poeticæ Pro-
feſſor.

EN Medicâ, En Melica vit eſt præclarus in
arte!

Si profers vocis ſolvit HIC ore ſonos.

A 4

Epita-

Epithalamium.

TOBIAS CNOBLACHIUS MARCOBREI-
tanus Francus Medicus atque Maria
Mitelstadia Neoga-
mici.

AD-tibi NVBTA-latus sic comis iungitur ecce!
Firmiter hanc adama; esse laboriosam quam
cano.

MAGISTER FRIEDERICVS TAVBMA-
nus Poeta Cæsareus & Professor
VVitebergensis.

Versibus ac verbis sum Vates ipse profectò
(Tentor an?) egregius: Forma dat esse rei!

IACOBVS HARTMANNVS CRAVTENSIS
Artium Magister, Ecclesiastes VVet-
trungæ ad Tubarim.

Christus vita, salus, virtus mea & ancora magna
est:
Sic, age, minetur turbida turba necem.

SEBASTIANVS HOFMANNVS SEGNICIVS
Artium Magister, Scholæ Tuberanæ
Collega.

Ingenuas calles arteis; hinc factus es ergo
O etiam humanus: Res tibi magna labor!

De

De Pseudanagrammatographis.

MAGISTER HVLDRICVS BVCHNERVS
Poeta Laureatus Cæsarius! Scholæque
VVertheimensis Collega.

Ille cluet verè, qui pulchra Anagrammata scribit:
Tersa tua esse nego: Versus hiulcos sed voco.

Thalassio.

MAGISTER IACOB ROSENFELDIUS
Poeta Laureatus Cæsarius & Anna Boc-
cin Neogamici.

Ecce bona ecce vnit nos copula (suave!) fideles.
sis ROSA grata mihi: M A N N A ero
grata tibi.

Δεσμινόν.

MAGISTER IACOB ROSENFELDIUS
Coburgensis Francus Poeta Laureatus
Cæsarius.

Festa dies lucet: Frontem oro porrige sanus;
Lassus & à curis cura age vina bibas.

IACOB ROSENFELDIUS COBURGO-
Francus artium Magister atque P. co-
ronatus Cæsareus.

Qui bonus es Tragicus, flores bonus (ecce)
Poeta

Comicus: Ergò foràs da tua RARA
Merra.

A 5

M. Io-

M. IOANNES VVEITSIVS POETA
LAVRV-CORONATVS SCHOLÆ-
que Gothanæ Præ-
ceptor.

O Nostræ Vates hic honor lameng, catervæ!
Osoros culpat: suavia pangit Epe.

In Lauream utramq.

MAGISTER HIPPOLYTUS HVBMEIER
Laberanus Palatinus Poeta Laureatus
Cæsarius.

T V plus sæpè alijs Nymphas colis: Ergo parata
Hubere sunt Musa Laurea ferta tibi.

In Lauream Magistralem.

FRIDERICVS HERDA VVOELPHI-
censis Turingus Artium Magi-
ster atque Poeta Cæ-
sarius.

S Virge; hodiè (ecce) datur virtutis oliva serenis:
Per magnas curas quæ mihi parata fuit.

*In Symbolum ex Psalm. XIX.
vers. ultim.*

MAGISTER CASPAR IVLIVS GO-
thanus Tyrigeta Sacrosanctis-
simæ Theologiæ Can-
didatus,

S Ic mea vota! ita sat dignus dico: Agger, Asylon,
Ancora, Petra, Salus sis tu age Christe
mihi.

Hyme-

Hymeneus.

M. CASPAR IULIVS GOTTHANVS
Pastor VVigelebiæ atque Barbara
Fidlerina Coniuges.

Ergo lubens Thalami cape nunc sperata Brabæa:
Fidaq; sis, ut vis, virgo ligata viro.

PAVLLVS PIEGGELIVS NORINBER
gensis artium Magister ac Theologiæ
Studiosus.

LEgis ego factæ cum plausu diligo LIBRVM:
I, GRINÆE, hostis non piget esse tuus.

In lauream Philosophicam.

VVILHELMVS PISTORIVS SAXIMON-
tano-Hessus Bonarum artium ac
partium Magister
Ihenæ.

Pensantur magno (en!) mihi maximi Honore la-
bores:

Suasum virtutum est sic mihi parta salus.

Brabeum Magistratæ.

CASPAR HEINEMAN COBURGO-
Francus bonarum artium & par-
tium Magister Novellus
Ienæ.

Parta tibi hæc Sparta est: illam ergo ornabis (en)
omnem,

Reverâ munus nunc facis ergo tuum.

CHRI

CHRISTOPHORVS MYLIVS TVNGENA-
Francus bonus Artium Magister ac stu-
diosus Ienæ.

*Svm Sophus & vates : fieri nunc Mysta la-
boro:*

CHRISTVS viâ monstrandus unicâ
GREGI.

IOANNES GEORGIVS HOCHSTATERS
Citingensis Francus Poeta Laureatus
Cæsareus.

*I*ngenio ut placeas isthoc fac cetera navus :
Suavisonos versus suggeret artis Hera.

CASPARVS BONIFACIUS VINARIEN-
sis Turingus Poeta Laureatus Cæsareus
ac Philonomus.

*I*nsignis, totus bonus, ac Spartam vir hic ornans
Suave artis vel opus, vel facit aurea Epe.

In lauream Poeticam.

IUSTVS CINCERLINGIUS AE-
schembergensis Tyrigeta Poeta
Laureatus ac L. Stu-
diosus.

*P*angere scit versus tua CYCNI-MELILLA
suaves :
Serta ergò sistis dignus habeto tuis.

In

In Myrtum Melissæam.

THEODORICVS SITSMANVS VIPA-
censis Tyrigeta Philonomus Lauruque
coronatus Poeta.

Ista decus MYRTVS mihi honosq; sit aurea longè:
Sis, nutu optavi, pulcra corolla potens.

Viatricum.

IOHANNES FVHRMEISTER BALSTADI-
ensis Saxo Iuris utriusque studiosissi-
mus Ienæ.

Sanus iter subeo: sanus, nisi reris, in usus.
Si DEVS à latere est, quid mihi faxit
homo is?

Ephodium Poeticum.

FRIEDERICVS CVNO ONOLDINVS
Franco Iuris utriusque Studiosus Ienæ
ad Salam.

Vir nunc discedo cum laude, feroq; sat artis:
Suadeo (sis!) unus nil nisi iura FORO.

IOHANNES RENGERS ROTEMBUR-
go-Tuberano- Francus Iuris utriusque
Candidatus.

Orbis Diva Themis totius Regna gubernans,
In cursu currens fer nova, daq; TVO.

IOHAN-

IOHANNES RVDIGERVS MARCO
brettano - Francus Iurium Candi-
datus Ienæ.

E *Vnominè dignus, tribuat cui candida Honores:*
Sacra ferre natus munia.

IOANNES CAESAR VVIRTEMBERGI-
cus Iuris utriusque Studiosus Ienæ
ad Salam.

N *On verbis, Sed RE - mihi - verâ es carus, es*
unus.
TE - civis, virgo, sic quia laudat, amat.
Philotesium.

IOANNES HIRSCHIVS EBERIC-
celheimius Francus bonarum artium
Studiosus Ienæ.

H *ic bonus, hic sanè sine fraude est certus amicus:*
In orbe nil amore suavius mihi!

IOANNES RAVCHBARIUS CITIN-
gensis Franco Liberalium artium Stu-
diosus Ienæ.

H *ic valet ingenij Moratus acumine: Sudans*
Sic sibi naturâ ferre laboris onus.

LAURENTIVS THEODORICVS GAM-
pertus Marcobretanus Francus studio-
sus Ienæ ad Salam.

S *edulus adcingor Musas redamare suaveis:*
Tunc frontem capitis Laurus honora beat.

Mnemo-

Mnemosynon.

IOHANNES CLEVIVS BRVNOVICENSIS
Saxo Iuris utriusque Studiosus Ienæ
ad Salam.

S Vavisonâ excellis suaves dulcedine Musas:
Quin vir Aoniæ diceris tibi Honos.

Averruncus.

GEORGIVS NAVCLERVS CITTIN-
go-Francus Iurium Studiosus Iena
abituariens.

Divina gnarus Legis nunc gestit abire:
Tu FORT-huic risu sis Comes VNA-viro.

Amuletum Amoris.

PETRVS BVTNERVS SVINFORTEN-
sis Literarum & artium Studiosus Ihe-
næ ad Salam.

Fortiter interius si pruris nubere tenta:
Haud usus, an, malus: datum solamen est!

IACOBVS LIEBLAERVS CASTELLIO-
Francus bonarum partium Studiosus
Ienæ.

Verba puellarum folijs leviora caducis:
st! st! in somnis st! Bona verba cave.

Genethli-

Genethliacon.

MARTINVS DEIXELMANVS ROTEN-
burgo-Tuberano-Francus Musophilus
Ienæ ad Salam.

Lux Natalis adest hodiè: Sanabo Falernis
Nunc animum rursus ergò meum, orbe puta.

Propempticon.

IACOBVS ROSENFELDIUS COBVR-
gensis Magister & Poeta Coronatus
Cæsarius.

Ergo vocare Scholis? à nobis ergò recedes?
Stipatus sacro numine Faustus abi.

*Et in extremo purpurat
Amethystus digito.*


FINIS.


44/4

AB 44 M
K,4

ULB Halle 3
002 680 319







B.I.G.

Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

NIS HARTMANI
FRANCI

rum succisivarum

TICHA

GRAMMATICA

Novo planè modo

TORNATA

Ac

tu & indultu Poetici

ADORNATA

multis unice dilectis ac

autoribus & Amicis.

liæ Fascinum.

*cas, videasq; sat invida visu:
non invidet INVIDIA.*



E N A E
ographéo Lithandreano
no Medicinæ.

*J. J. Weitzel mittl
autor*

10

